

Hierin fehlte Nr. 8

am 10.4.1917.

Suchier.

19.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

PRÆROGATIVA
REMEDIORVM
PHARMACEUTICORVM
IN AFFECTIBVS OCVLORVM,

QVAM

GRATIOSO MEDICORVM ORDINE
IN PERANTIQA HIERANA
SVB PRÆSIDIO

DN. D. HIERONYMI LVDOLF,

CHTMIE ET MATHES. PROF. PVBL. FACULT. PHIL. ET MED. ASSESS. ORD.
ET CIVIT. ERFORD. PHTSCI,

PATRONI, FAVORIS ET PRÆCEPTORIS SVI
MAXIME DEVENERANDI

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQUE IN ARTE SALVTARI PRIVILEGIIS
ATQVE IMMVNITATIBVS

MORE RITVQUE MAJORVM SOLENNITER ADIPISCENDIS,

PVBLICÆ ERUDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

JOAN. FRANCISCVS CHRISTIANVS
FINCK,

ATTENDORIENSIS EX DVCATV VVESTPHALIE.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS

HOR. CONSVENT.

DIE XXII. SEPTEMBRIS. MDCC L.

ERFORDIAE, typis Joh. Christoph. Heringii, Acad. Typogr.

DISSERTATIO INNOVATORUM MUSICA
DE
PRAELOGATIVA
HISTORIUM
PHYSICO-CHEMICO-MATHEMATICO-ANATOMICO-
IN AEREOGRAPHIAS OCCATORUM
GRATIOSO MEDICOTUM ORDINIS
IN HERBARIIS HERBARIIS
SUA MAGISTERIA
DR. B. HETZONIUS FADOLI
CUM LIBRIS MAGIS ET HISTORIIS VITAE ET MORUM
ET CULTURIS HISTORIIS ET SCIENTIIS ET
PRAELOGATIVIS ET HISTORIIS
PRO GRADU DOCTORIS
SUMMIS ET IN ARTE SANCTAE PRACTICAE
TOTIS TERRITORIIS
MORIBUS ET MORTALIBUS ET MORIBUS
LITERIS ET HISTORIIS ET SCIENTIIS ET SCIENTIIS
AVTOMATIS ET GONDOLAS
JOAN. FRVBLIUS CHRISTIANVS
HINC
IN ACADEMIA MAIORI COLLEGI MAIOVI
IN ACADEMIA MAIORI COLLEGI MAIOVI
HOC DOCTORAT
DIE XXII. SEPTEMBRII MDCC
ERATOR DVC. IBB. JPF. C. PHILIPPI. H. LEBEG. ACY. THEOD.
A. B. B. B.

REVERENDISSIMIS,
EXCELLENTISSIMIS,
PERILLVSTRBVS ET GENEROSIS,

NEC NON

PRÆNOBILIBVS, NOBILIBVS, CLA-
RISSIMIS, DOCTISSIMIS, CONSVL-
TISSIMISQVE

DOMINIS, DOMINIS
D V C A T V S
WESTPHALIAE
S T A T I B V S,

PATRONIS SVIS AC DOMINIS
DOMINIS PERQVAM GRATIOSIS.

REVERENDISSIMI,
EXCELENTISSIMI,
PERILLVSTRES ET GENEROSI,
NEC NON
PRÆNOBILES, NOBILES, CLARISSIMI,
DOCTISSIMI, CONSVLTISSIMI

DOMINI STAVS
DOMINI,
PERQAM GRATIOSI AC HONORATISSIMI.



Dum de variis iisque innumeris oculorum affe-
ctibus elucubrationes has meas propugnaturus
in arenam non Martis sed artis descendere cly-
peum alio querere non potui, nec volui, quam
VOS INCLYTI DVCATVS WEST-
PHALIAE PROCERES, dum unus VOBIS communis
est oculus, quo sapientia coadunata pro salute publica vi-
gilatis,

gilatis, huc *Vestra* collimat sollicitudo, huc vertuntur consilia, huc impenduntur tot tempora, & ubi soles non suppetunt in adjuvamen vocantur & noctes, ut conserventur singuli pro conservatione universi. Non prolixa mihi proinde reddenda est ratio quo ductus motivo palladium pro pallade medica apud VOS REVERENDISSIMI, EXCELLENTISSIMI, GRATIOSI ac HONORATISSIMI DOMINI sollicitem, dum quodquod & Votis mei & laboris implementum à gratia VESTRA dependet, quam dum devotissimè pariter ac submississimè exambio, ambitus me Reum non facio, dum studia mea non minius ac memetipsum pro publico Patriæ bono totum quantum devoveo. Tenuia quidem sunt, quæ honori VESTRO in anathēma suffigo, oculis tamen VESTRIS quæ oculorum dicunt affectus intueri benignè ne dedignemini, tenuia quidem, atque ideo NOMINVM VESTRORVM splendore unicè & quam maximè decoranda, ubi vero dignum VESTRIS NOMINIBVS non inveneritis disputationis iconismum, novi Vos solis induisse genium, qui lucere nequit quin summa & ima colles & valles compari vivificet lumine, atque inde si gratiōsē suscepéritis elucubrationis meæ hostimentum, expecto gratiarum VESTRARVM luce irradiatum iri, quod (ut æquum erat) in elucubrandis oculorum affectibus non luculenter dilucidatum. VESTRIS itaque dedicatum honoribus perenne Mnemosynon submississima mente

mente offero, dico, consecro, & votum superaddo, ut Nume-
men Divinum VOS pro communi Patriæ bono ac orna-
mento per inumeras ac fortunatissimas annorum perio-
dos fôspites conservet ac incolumes; me autem NOMI-
NVM VESTRORVM devotissimum cultorem una cum
exiguo ingenii fætu mancipo & perenno

REVERENDISSIMORVM,
EXCELLENTISSIMORVM,
PERILLVSTRIVM ET GENEROSORVM
NEC NON
PRÆNOBILIVM, NOBILIVM, CLARISSIMORVM
DOCTISSIMORVM, CONSVLTISSI-
MORVMQVE

DOMINORVM DOMINORVM
DVCATVS WESTPHALIÆ
STATVVM
PROCERVM ET MOECENATVM
GRATIOSISSIMORVM

submissimus devotissimus
JOANNES FRANCISCVS CHRISTIANVS FINCK.



PROOEMIVM.



eleberrimas totius Germaniæ urbes
nonnullis hinc ab annis percurrere
multos qui auxilium manuum
operatione defectibus oculorum
præstare conantur, omnibus ac
singulis satis superque notum est. An istis,
qui ejusmodi malis cruciantur secundum ex-
pectationem & votum satisfactum fuerit, opti-
me experimur, si tales, qui auxilium anxie ab il-
lis quæsiverunt, audimus, de crumena ad fun-
dum emuncta conqueruntur, ac malum ocu-
lorum ad summum gradum auctum deplo-
rant. Et nescio qua conscientia novarum re-
rum scriptores tantis ejusmodi operationes eve-
here laudibus & de exoptatissimo secuto esse.
ctu

Et in omnibus fere oculorum defectibus per
earum manuum operationem omnes certiores
reddere audeant, cum tamen plurimi propria
experientia maximo cum detimento docti
contrarium testantur. Non est intentio ea,
dexteritatem multis in affectibus oculorum
acquisitam & necessariam tanquam inutilem
& noxiā perstringere, sed in iis malis, quæ
non nisi manuum applicatione tolluntur, anxie
desideramus & laudibus evehimus ejusmodi
exercitatissimos viros. Quod autem omnes
oculorum morbos sola manuum dexteritate
curare, & neglecta remediorum pharmaceuti-
corum propinazione tollere valeant, est quod
negamus. Optandum hinc ut isti, qui subdi-
tis imperant, nullos admittant, nisi, qui vel to-
ta in medica arte experti, vel simul cum exper-
tis medicis concurrant. Multi enim sunt ocu-
lorum morbi, qui citius ac securius internis
adhibitis remediis cedunt, & ubi malum ad
est, quod manuum operationem exposcit, re-
media interna maximum præbent auxilium,
quibus neglectis operatio, maxima licet dili-
gentia peracta, magis noxia quam proficia est.

Officii

Officii itaque mei rationem melius explere me posse non puto, quam ut speciminis loco, quod mihi pro obtainendis summis in Arte salutari honoribus exhibere incumbit, prærogativam remediorum pharmaceuticorum in oculorum affectibus, quam habent præ manuum operatione demonstrem. Optime autem hoc fieri potest, si primo fontem ac originem oculorum affectuum indicabo, dein remediorum pharmaceuticorum in singulis oculorum morbis usum afferam, quæ ut omnia ex voto succedant D. T. O. T. M. supplex rogo.

S. I.

Excellentissimi sensus organon, oculum puto, innueri vexant morbi, quos optime delineavit St. Ives, plerique autem oculorum morbi sunt symptomatici, qui aliter tolli nequeunt nisi causa & morbo tale malum fovente rite curatis, id quod vero a multis negligitur, inde non mirandum, quod plurimi ejusmodi affectibus laborantes solamine desiderato destituuntur, remedia enim usitata specifica interna atque externa uti & chirurgica mali hujus non tangunt fontem, hinc licet optima ægrotos minimum in deplorando statu relinquunt, & si inconcinne adhibita majorem ipsis conciliant miseriam, & hoc ex nulla alia causa accidit, quam intacta origine. Originem tantis oculorum

B

lorum

lorum malis præbent, 1) sanguis tam in quantitate au-
cta e. g. omnis generis plethora, tam in qualitate læsa,
si est vel spissus vel acris 2) serum vel deficiens vel
abundans, vel viscidum vel acre 2) spiritus animales si
vel abundant vel deficiunt, vel spissiores vel acriores
evadunt 4) obstrunctiones viscerum his enim præsentibus
omnis generis fluida præcipue M. S. & serum in-
finitis modis deteriorantur. 5) Solidæ oculorum par-
tes si sunt vel nimis debiles vel rigidæ vel spasmodicæ
affectiones.

§. II.

Quod attinet sanguinis quantitatem majorem, ab
ea omnia extenduntur vasa, præcipue autem quæ te-
neriora & minus resistentia, qualia sunt oculorum vasa
exinde multa sequuntur mala e. g. si hoc fit in tunica
albuginea oritur ophtalmia, si circa nervum opticum
conprimuntur per expansionem vasorum sanguiferorū
vasa nerva hinc oritur gutta Serena. Sanguinis
autem quantitas, si quoad totum adsit corpus, demittitur
per Venæctionem, scarificationem, non autem in
oculo institutam, ubi majorem excitat affluxum, item
que hirudinum applicationem. Sanguinis quoad vasa
augmentum corrigitur per temperantia, qualia sunt fa-
lia media præcipue nitrum depuratum & arcanum du-
plicatum.

§. III.

Sanguis spissior efficit vasorum minutissimorum
obstructiones, quæ iterum quam facile in oculis sunt,
& simul tali ex sanguine decentes in oculos non fecer-
nuntur humores, hinc oriuntur stases, inflammationes
&c

& humorum opacationes. Corrigitur talis spissitudo per diluentia & blande resolventia, & inter haec palam omnibus præripit Sal mirabile GLAVBERI & Cremor tartari.

§. IV.

Acrimonia sanguinis irritationem, constrictiōnem & obstructionem in vasis minimis exhibet, in oculis exinde proveniunt dolores, inflammations, erosiones ac exulcerationes, eaque eo graviora evadunt mala, si una spissus existit sanguis. Acrimoniam hanc temperant diluentia mucilaginosa itemque sulphurea & absorbentia ut sulphur lycopod. Rhab. orientale, lap. cancer, pulvis bezoard. WEDEL. Externe collyria ex mucilagine sem. cidon. convenientia, spissitudine sanguinis simul præsente interponuntur remedia §. 2. laudata.

§. V.

Serum in corpore deficiens gignit subsidentiam minimorum vasorum, quæ in oculis non solum majori copia sed & insigni adsumt subtilitate, hinc quoque hic maximi observantur effectus, perit nempe lubricius oculorum motus, stases oriuntur, solida & fluida, quæ pellucida esse debebant, sunt opaca. Restituitur hoc serum deficiens per diluentia mucilaginosa, immo & vinum Rhenanum & mosellatum, aquæ enim copiosius assumta urinæ excretionem insiniter promovent, ita ut major quantitas fluidorum evacuetur quam affumatur. Vinum autem statim intime cum M. S. miscetur, quo sit, ut tanta copia iterum ex M. S. in renes secerni nequeat, uti & cuilibet notum est, quod in-

ter vini potum haud nimis urgeat urinæ excretio. Profund & externa humectantia.

§. VI.

Serum abundans emollit vasa eaque ob resistentiam imminutam extendit, unde repletio & extensio vasorum oculi oritur major & inde sequitur hydroptalmia. Abundantia talis feri corrigitur per motum & abstinentiam a nimio potu, insigniter autem subtrahitur serum per purgantia non autem draistica & resinosa, sed salina, e. g. per Sal mirabile, Epsoniense, Creuzburgurgense, Sedlicense, Sal Seignette de Rochelle, & Rhababarum orientale cum cremore tartari mixtum. Errhina ex herba Nicotiana assumta optime quoque per nares serum abundans evacuant. Externe juvant roborantia balsamica applicata e. g. balsamum vi-tæ rite paratum.

§. VII.

Serum viscidum stagnat in vasis lymphaticis & glandulis, in oculis itaque producit stases motum humorum lentiorum, & opacationem oculorum fluidorum, hinc visus oritur debilitas, aliaque gignuntur mala, ut grande hordeolum &c. Fluidius iterum redditur per Salia temperantia & purgantia modo recensita.

§. VIII.

Serum acre ibidem stagnat in vasorum extremitatibus, solidaque erodit, hinc pustulæ in oculis oriuntur, humores ramentis & pure consperguntur, oriuntur excrescentiae, ut unguis, pannum & pterigium, humor crystallinus corruptitur, fistula lacrymalis originem inde habet. Corrigitur interne per diluentia mucic-

mucilaginosa & sulphurea absorbentia, externe per collyria. Majora oriuntur oculorum mala, si serum simul acre & viscidum existit. Interponenda itaque blande resolventia & evacuantia. Vesicatoria fonticuli & setacea haud leve quoque præbent auxilium.

§. IX.

Spirituum animalium versus oculos nimis affluxus retinam adeo sensilem facit ut radios lucis absque dolore ferre nequeat, sanguinem quoque rarefacit, hinc oritur ophthalmia dolens. Profundit hic temperantia, blande inspissantia & absorbentia. Spirituum defectis sicut omnes sensus imminuit sic & visum. Hinc in febribus ardentibus maximæ prostrationis virium signum est visus imminutus vel plane deficiens, ita & post sanguinis largam missionem sœpissime evenit visus debilitas. Restituantur autem spiritus animales per vinum generosum, balsamum vitæ, Sal volatile sylvii oleosum, aromata & Naphtam vitrioli.

§. X.

Quod spiritus animales tam spissiores quam aceriores evadere possint exinde in dubium vocari possit, quod sint fluidum omnium subtilissimum & invisibile. Sicut autem per experientiam physicam scimus aerem, licet sit fluidum invisibile, tamen modo spissiorem modo subtiliorem existere, itaque quoque de spiritibus animalibus prædicari potest, quod sint quodammodo nimis spissi, & quoniam Salia volatilia licet sint invisibilia, subtilissima & acerrima sunt, spiritus quoque ejusmodi partibus salinis intermixti esse valent. Si sunt spissiores obstruunt retinam, si sunt aceriores crispatu-

ram fibrillarum nervearum in retina inducunt, utrumque inducit guttam serenam. In spissitudine spirituum exoptatissimum remedium exhibet Naphta vitrioli. In acrimonia liquor corau cervi succinatus. Ex terne proflunt & vesicatoria.

§. XI.

Obstructiones viscerum uti infinita post se trahunt mala, ita &c oculi inde multos patiuntur morbos. Humores enim omnis generis replentur cruditatis quæ in vasis oculorum stagnant, hinc pellucidae partes opacantur, stases fiunt, hinc inflammationes, erosiones suppurationes & excrescentiæ oriuntur, & si lien obstructione laborat oritur gutta Serena, cataracta & glaucoma. Non irrandum itaque quod tam multi solatio fuerint in oculorum morbis destituti, mali enim hypochondriaci tura inconcinnis & admodum insufficientibus remediis fuit suscepta, eam ob causam refugium necessario ambabus ad manuum operationem sumserunt. Cui autem legitima mali hypochondriaci cura non ignota est, iste centum ægrotis tali in morbo valetudinem restituet, priusquam unus manuum operationi sese submittere cogatur. Remedia autem in malo hypochondriaco congrua sunt incidentia & aperientia, qualia sunt pulveres ex rhabarbaro & cremore tartari, item ex Rhabarb. & arcane duplicato, anima Rhabarbari, mixtura ex arcane tartari, Eſſ. Centaur. minor. & Tinct. martis cidoniat. aa. ſi. ſpiritus Sal. ammon. anis. g. xx. Elixir. proprietat. PARACELS. Elix. acidum DIPPELII, Tinctora Antimon. legitime parata, Naphtha vitrioli. Lenientia & purgantia sunt

Salia

Salia e. g. mirabile, epson. &c. item Rhabarb. cum an-
tim. diaphor. & resina gialappæ, decoctum prunorum
dulcium cum follis sennæ. Quidam etiam vomitoria
in usum vocant, & nec quidem hoc sine fructu. Ve-
næfectiones consuetæ non negligendæ. Potus vini mo-
deratus suadendus.

§. XII.

Solidarum oculorum partium debilitas ob resi-
stantiam, quam præbent minorem, fluidorum copio-
siorem versus oculos motum accelerant. Rigiditas
autem earundem partium, decentem affluxum necessa-
riorum humorum non admittit. Ex utroque oriuntur
stases, præcipue vero debita oculorum pro diversi-
tate objectorum tam ratione distantiae, quam luminis
gradu mutatio contingi nequit, hinc evenit Nyctalopia,
Myopia, Presbycia. A spasmœdia ab oculorum mu-
sculis constrictione oritur Strabismus, qui & a consue-
tudine & educatione neglecta oritur.

§. XIII.

Sufficient hæcce de præstantia remediorum phar-
maceuticorum in oculorum affectibus adducta, clarius
eorum virtutes patebunt, si specialissimis in oculorum
morbis eximus eorum usus demonstrabitur. Omnes
autem oculorum morbos si in medium proferre vel-
lein, limites speciminis inauguralis non permitterent.
Intentioni meæ satisfacturum me fore puto, si curam
guttæ serenæ, cataractæ, glaucomatis, suffusionis, ophi-
thalmiæ, unguis, patni, ptherichii, nyctalopiæ, myopiæ,
presbytiæ, strabismi & fistulae lacrymalis adducam.

§. XIV.

S. XIV.

Gutta serena est plenaria visus abolitio dependens a retina obstruta. In oculo nullum præternaturale observatur, nequidem minimo visus gradu gaudent, diem a nocte discernere nequeunt. Dependet hæc retinae obstrutio modo a radiis solaribus retinam destruentibus, modo a spissitudine vel acrimonia spirituum. Occasionem præbent solis immediatus asperitus, frigus in caput & præcipue nucham cadens, præcipue si hoc fiat post motum humorum quasvis per causas auctum, obstructio viscerum, paralyticus & apoplexia, uti & crisis in febribus acutis imperfecta, salivatio suppressa & scabiei retrorepulso. Contingit ut plurimum in utroque simul oculo, aliquando autem in uno tantum, ubi tamen plerumque ob consensum alterius oculi retinam etiam afficit.

S. XV.

Curam gutta serena admittit tantummodo per interna & hoc quoque aliter non nisi adhuc sit recens. In inveterato enim malo vasa hæc subtilissima plane sunt coalita, ubi nullum prostat remedium ut in statuum pristinum reduci possit. Recentiores quidem chirurgi manuum operatione auxilium afferre posse statuunt, ubi nempe stylo argenteo tunicam albugineam in inferiore oculi parte horizontaliter fortiter stringunt, qua frictione spiritus in nervo optico & retina in motum excitare & vasa hæc subtilissima iterum aperire simili modo conantur, ac in membris paralitice affectis per urticationem. Quæ manuum operatio quia nullam inducit noxam, una in auxilium trahi potest,

test, solummodo vero isti inhærendum non suadeo sed principaliter insistendum aperientibus blande resolventibus, M. S. depurantibus, & volatilebus spirituosis, quorum omnium remediorum usus ex aſſe patebit, ſi ſpecialiter cura in tali affectu exoptatum ad finem peracta in medium proferam. Virgo viginti annorum agrediebatur febre biliosa, quia cruditates aderant, vomitorium optimo ſuccetu propinabatur, ægrotia poſt meridiem ſe reſtitutam putans ſeſe frigori exponebat, & statim gutta ferena corripiebatur. Per accessum febris biliosæ rarefactio humorum ſpiſſitudo & acrimonia ſpirituum orta fuerat, quæ omnia vomitrium propinatum auxerat, ſimulque humores ad extremitates vasorum ſubtiliſſimas perduixerat, hinc frigore admisso insignis ejusmodi ſtasis oriebatur. Ad ſtatiu hanc expediendam venæfætio in pede instituta, & in duobus brachiis veficatoria fuerunt applicata, hora II. pomer. gutt. xxx. ſequentis mixturæ propinabantur

R. Tinctur. bez. Wedelii

Elix. Cephal. Wed.

Eff. pimp. aa. 3j.

Spir. Sal. ammon. anis. g. xx.

M. F. M.

Hora Vta vespert. & hor. IX. matutina adhibitus fuit pulvis ſequens ad ſcrupul. unum

R. Rhabarb. orient.

Arcan. dupl.

Succin. alb. præpar. aa. 3j.

Lumbr. terreſtr. ppt. 3j.

Ol. Cinnam. g. x.

Misce F. Pulv.

C

Quo-

Quoniam genuinum cinnamomi oleum raro invenitur,
medicus chymicus aquam cinnamomi per retortam
ipsem præparans loco hujus pulveris cochlear unum
sequentis potiunculae exhibere potest

R. Succin. alb. ppt. ʒj.

Lumbr. terrestr.

Lap. bez. orient. aa. ʒj.

Aqu. Euphras.

Ceraf. nigr. aa. ʒj.

Cinnam.

Rosar. aa. ʒj.

M. F. Pot.

Hora IX. verspertina propinabantur gutt. xxx. mixtu-
ræ sequentis

R. Tinct. antim. opt.

Liqu. C. C. succin. aa. ʒij.

balf. de mech. g. iij.

M. F. M.

Hora 7. matutina guttæ x. Naphthæ vitrioli faccharo
instillatae in haustu decocti thee fuerunt sumtæ. Loco
potus sequens decoctum in usum vocatum fuit

R. Rad. pimp.

bardan.

Chin.

Scorzon. aa. ʒj.

Hb. Euphras.

Chelidon.

beton.

hepat. nob. aa. mſ.

Flor.

Flor. Euphras.
 hepat. nob.
 Scabios. aa. p. ij.
 C. C. raf. mij.
 Hord. mund. mij.
 Cinnam. acut.
 Cubeb. aa. 3ij.
 Fic. N. V.

C. C. M. F. Spec. pro Decoct.

Alvis subducta fuit decocto prunorum dulcium cum
 foliis Sennæ. Odoretenus adhibitum Sal volatile Syl-
 vii aromaticum, temporibus & nuchæ duabus per diem
 vicibus guttae duæ balsami vit. HOFFM. fuerunt appli-
 catæ, simulque in usum vocatae cucuphæ ex cephalicis
 paratæ. Tali methodo spatio sex septimanarum
 morbus hic radicitus fuit extictus. Breviori via scio
 juvenem sedecim annorum gutta serena curatum, cum
 enim hic per quatuor menses cæcus sedisset & alternis
 diebus pillulis cephalicis vexatum se vidisset, absque
 sperato tamen successu, suauem cujusdam agnati vomi-
 torium sumpsit, quod ipsi operatione peracta visum re-
 stauravit. Hujus exoptatissimi auxilii modus facile
 concipere licet, motus enim humorum latus huic ju-
 veni stasin in retina efficerat, vomitorium autem mo-
 tum humorum excitaverat austiorem itemque vaso-
 rum minimorum constrictiōrem fortiorem, flexilitas
 & mollities vasorum minimorum ætati juvenili pro-
 pria autem admittebat totius staseos expeditionem.
 In ætate virili & senili itaque vix talis effectus sperari

poteſt, tamen ubi omnia defecerint auxilia in uſum vomitorium vocari licet.

§. XVI.

Cataracta eſt viſus abolitio dependens ab opacatione humoris crystallini. Hinc quoque per pupillam aliiquid præternaturale obſervatur, quod variis coloribus diſſert, modo enim grifeum, modo album nubium, modo argenteum modo vitreum & ultimo fuscum exhibet. Eſtque cataracta vel incipiens vel confirmata vel matura vel non matura. Distinguitur quoque a gutta ſerena quod diem a nocte & lumen a tenebris diſcernere queant. Obscuracionem hanc efficiunt cruditates humoribus noſtris mixtae & in humore crystallino stagnantes. Cruditates oriuntur ab alimentis nimis, viſcidis, acidis, muriaticis, fumo induratis & uſu ceparum nimio, item a potu vel nimio vel deficiente, & obſtructione viſcerum. Stafin inducunt aer frigidior & ventosus, motus nimius & deficiens, aspectus rerum lucidarum diuturnior, vigiliæ excedentes, ſomnus nimius, triftitia, lacrymæ crebriores, ophthalmia frequentiores, sternutationes vehementiores.

§. XVII.

Internam admittit curam non niſi cataracta incipiens, eaque conſtitit in resolutione & evacuatione humorum crudiorum, ſtaſeosque expeditione. Resolvunt & evacuant Sal mirabile GLAVBERI, Cremor tartari cum Rhabarbaro, & pulveres purgantes ex Rhabarbaro, itemque Tinctura antimonii cum Eff. Ignorum. Stafin expeditunt aperientia, mixtura ex arc. tart. Eliz. Cephal. WEDEL. TRR. mart. cid. aa. 3j. cum spir. Sal.

Sal. ammon. anis. g. xl. Elixir. acid. DIPPEL. Eterne
 cucuphæ ex cephalicis & nervinis profunt. Sequenti
 optime ordine talis institui potest cura. Primo die
 adultus mane in potu thee sumit xxx. gutt, Elix. acidi
 DIPPEL. Hor. II. pomerid. propinatur Mxra ex arca-
 no tartari & reliquis modo recensitis ad g. l. vesperi
 Hor 9. utitur gutti xxx. TR. antimi. vesperi sumitur
 scrup. j. pulveris ex tremore tartari & Rhabarb. aa.
 Quarto die sumuntur mane 3vj. Salis mirabil. GLAV-
 BERI. Quinto & sexto die continuatur ut primo &
 secundo, septimo ut tertio, octavo ut quarto & sic
 porro. Interdum etiam loco Elixir. acidi DIPPEL.
 mane in usum vocari potest Naphta Chymica Vitrioli
 ad g. x. Vesicatoria quoque non sunt de nihilo. In
 plethoricis etiam necessaria est Venælectio. Potus
 Vini boni moderatus maxime prodest. In infantibus
 ob sensile genus nervosum non omnia qualia adultis
 applicari possunt remedia locum inveniunt. Prostant
 autem alia quæ illis satisfaciunt, sic scio infantem quin-
 que mensium curatum a cataracta incipiente per pul-
 verem qui subsidet in mixtura aperitiva ex arcano tar-
 tari Tinct. martis cidon. & Ess. trifol. fibr. aa. ad scrupu-
 lum semis tribus per diem vicibus propinatum &
 semper quarto die pulvere ex Rhabarbaro & Resina
 Gialappæ purgatum.

§. XVIII.

Cataracta consummata quidem remediis pharma-
 ceuticis curari nequit, sed si recuperandæ salutis spes
 adhuc adest, ista mannum operatione quidem fieri de-
 bet, remediis autem pharmaceuticis neglectis raro

C 3

expedita.

expectatum ad finem perduci potest. Haud ergo mirandum quod tam multi solatio deſtituantur ex operatione exoptato; absque enim diſtrime quālis sit cataracta, quālis ægrotus, quale tempus, operatio ſuscipitur, remedia admodum neceſſaria pharmaceutica negliguntur, immo decens nequidem diæta præſcribitur. Cataracta debet eſſe matura, reliquæque oculi partes adhuc ſint integræ, quod cognoscitur ſi oculus affeſsus eandem habet magnitudinem ac fanus, & pupilla prævia oculi frictione & direktione verſus lucem ſeſe contrahat, id quod iridis ſtatum indicat naturalem. Ægrotus nullo alio morbo laboret, ſed morbus præſens antequam operatio ſuscipiatur tollendus. Dies operationis ſit ſerenus ſiccus & temperatus. Ante & poſt operationem remedia inflammationi contraria adhibenda. Quinque vel ſex quæ operationem præcedunt dies træctetur cibo tenui & potu diluto, laxetur Sale mirabili, pulveres antispasmodici propinentur. Die operationis mane Venæfætio instituatur, operatione peracta ægrotus in loco tenebroſo per duodecim dies ſpleniis teſtis oculis ſedeat & dormiat capite eretto. Suadetur hoc ut plurimum eam ob rationem, quia alias oculo per radios lucis irritato humor crystallinus depreſſus iterum ascendit, hinc iī qui artificioſe ita humorum crystallinum ſciunt deprimere, ut illum primum perpendiculariter ad fundum oculi premant, dein verſione aliqua acu facta iſtum horizontaliter infra humorum vitreum ducant, putant hanc odiosam quietem & luminis privationem ſuperfluam eſſe, capropter ut eo majorem dexteritatis gloriam reportent, ſatim cæcos

cos eorum habitu lumine iterum gaudentes publice dimittunt, inde venit, ut vix unus inter centum se visu restitutum gloriari possit. Adsumt enim in oculo quam subtilissimæ & sensiles partes, quæ intactæ acu relinqui nequeunt, sequuntur exinde ex constrictione fibrarum per operationem dissectorum & disruptarum, & ob extravasationem humorum, dolores, inflammations & suppurationes, quibus mediantibus etiam humor vitreus opacatur, hæc omnia augentur, si radiis lucis in oculos ingressus concedatur, major enim ob hanc irritationem sequitur fluidorum in oculis motus, hæc itaque irritatio sollicite evitanda, ægrotus insuper quinque dies post operationem esu carnium abstineat, viatu tenui & potu diluto utatur. Die operationis hor. III. pom. & nona vespertina sumat scrupulum unum pulveris antispasmodici. Sequentे post operationem die mane Sal mirabile ad 3ij. in potu thee hauriat. Tertio die mane Elix. acid. DIPPEL. in potu thee sumat, hora IX. matut. scrupul unum pulveris temperantis WEDEL. hora III. pomerid. g. XL. mixtur. ex arcano tartari Tinct. mart. cid. Elix. cephal. WEDEL. aa. Spir. Sal. amm. anis. g. xxx. Hora IX. vespert. scrupulum unum Cremoris tartari, & sic sequentibus continuetur diebus, potest quoque interdum loco Elix. acidi DIPPEL. uti gutt. x. Naphtæ Chym. Vitrioli. Doloribus nimis urgentibus obviam itur vesicatoriis in duobus brachiis applicatis. Pediluvia per breve tempus in usum vocata quoque de nihilo sunt. Videt exinde benevolus Lector, quam multatam gravi in negotio negligantur.

§. XIX.

§. XIX.

Glaucoma est ea visus abolitio plenaria quæ dependet ab humore crystallino opacato & obstructa retina. Est ergo morbus compositus ex cataracta & gutta serena. Causas itaque agnoscit easdem quæ §. 14. & 16. fuerunt adductæ. Nec minimum luminis sensum percipiunt, & humor crystallinus opacatus in oculo observatur. Primario cura guttae serenæ §. 15. est fuscipienda, qua mediante si luminis aliquali sensu gaudent, cura cataractæ §. 17. præ omnibus tentanda, si hæc non succedit operatio cautelis tamen §. 18. adhibitis concedi potest. Si autem gutta serena tolli non potest, operatio cataractæ frustanea est & nil nisi dolores insignes & incommoda ægrotō gignit graviora.

§. XX.

Suffusio est talis visus imminutio vel abolitio, quæ dependet ab opacatione humoris aquei, ante pupillam aliquid præternaturale cernitur. Causas easdem agnoscit quas cataracta in §. 16. habet, eadem quoque inde cura §. 17. fuscipere potest. Insuper ophthalmia inconcinne tractata eandem efficere valet. Sic notus est senex 60. annorum qui ophthalmia correptus externis refrigerantibus & roborantibus nimium tractatus fuerat & cum pustulæ circa tunicam corneam orirentur, quarum versus enteriora ruptio fieri non potuerat, obtunicam per refrigerantia & roborantia nimis induratum, ruptura versus interiora facta est, & humor aqueus pure repletus existebat. Medicus vocatus statim duobus in brachiis vesicatoria applicari jussit, & primo die mane jejuno ventriculo (quod semper cum usu

usu Elix. acidi DIPPEL. observandum) propinavit unciam
semis potiunculæ sequentis &c. Ocul. cancer. ppt. 5j. A-
quaæ Euphras. 3j. misc. Add. Elix. acid. DIPP. 5ij. Effer-
vescentia cessante add. Aqu. ceras nigr. Rosar. aa. 3ij.
M. D. in Vitr. Hora IX. matut. dedit scrupulum unum
pulveris temper. WED. Hora III. pomied. haurire jussit
g. xxx. Tinctur. bez. WED. cum Ess. lignor aa. Hora IX.
vespert. scrupulum unum pulveris ex Rhabarbaro &
cremore tartari aa, propinavit. Secundo die dedit 3vj.
Salis mirabil. GLAVB. Tertio die continuavit ut primo,
quarto mane adhibuit loco potiunculæ g. x. Naphtæ
vitrioli; de reliquo autem idem quod primo propinavit
die, quinto die Sal mirabile iterum in usum vocavit, sex-
to ut primo continuavit, septimo ut quarto & sic porro,
sic spatio 14. dierum humor aqueus antea opacus na-
turali iterum gaudebat pelluciditate. Quodsi autem
interna hæc cura successum talem forsan exhibere ne-
queat, ad operationem quidem refugiendum, ubi nem-
pe in inferiori cornea parte incisione horizontaliter fa-
cta præternaturaliter opacatum eximitur, oculus sple-
niis albumine ovorum conquaßato humectatis ligatur,
ut iterum cornea coalescat, & humor aqueus restituatur,
interim tamen interna temperantia & blande resol-
ventia non negligenda immo Venæfæctio ad inflamma-
tionem arcendam maxime necessaria est.

§. XXI.

Ophtalmia est inflammatio tunicae albugineæ a
tasi sanguinis in extremitatibus arteriolarum facta.
Dividitur in veram & notham, vera lacrymas habet
conunctas, notha illis caret, hinc & sicca audit. Ve-

D

ra

ra iterum dividitur in sanguineam & serosam. Sanguinea est vel mitior vel gravior vel summa. Mitior initium inflammationis tantum habet, leviora adsunt symptomata & cito transit. Gravior calorem, ruborem, tumorem, dolorem & lacrymas copiosas exhibet, lucida quam maxime molesta sunt, ex quo concludimus retinam simul esse affectam. In summa palpebrae simul sunt affectae, quae non raro invertuntur, albuginea tunica ita tumet, ut ultra pupillam emineat & fo-
yeam quasi formet. Hæc suppurationem oculorum centralem quoque infert, quod & in graviori non rite tractata saepius accidit, ad minimum pustulas circa corneam profert, quæ ruptæ evacuationem humoris aquei admittunt, quod subsidentiam corneaæ & visus immisionem quandoque etiam plenariam ejus abolitionem inducit. Serosa ophtalmia lacrymas copiosas extillat & quidem sine vel cum ardore. Ultimo ophtalmiam quoque habemus periodicam, quæ nempe per intervalla saepius redire solet.

§. XXII.

Obstructionem talem in oculis efficit sanguis spisior & acris uti & crispatura fibrillarum. Sanguis talis evadit vel ob quantitatem ejus nimiam, vel ob defecatum seri blandi, vel ob frigus, itemque ob cruditates ipsi commixtas. Crispatura oritur a sanguine contento acri bilioso, a lacrymis acribus & pungentibus. Occasionem præbent aer nimis calidus, frigidus, ventosus, pulverulentus, exhalationibus acribus repletus, fumus acris. Cibi acres falsi, fumo indurati, aromatici, flatulenta assumta, separum nimius usus, vini generosi immodicus

modicus usus, uti & excessus in potu cerevisiae dilutæ. Motus nimius, vigiliae excedentes, mæror, tristitia, ira, venus immodica, secretiones & excretiones imminutæ, lacrymæ immodicæ. Invitant eandem febres, variolæ, morbilli, tussis, coryza, dolores capititis, solidorum minimorum in oculos illapsus, nimius splendor ignis, Solis, nivis, percussio & vulnus. Ophtalmia periodica pro fonte agnoscit obstructionem viscerum ac scorbutum.

§. XXIII.

Finis optimus talis inflammationis est discussio, si hæc non succedit abit in suppurationem, hæcque vel existit profundior, quam facile sequitur gangræna & sphacelus, vel levior ubi duæ vel plures pustulæ circa corneam oriuntur, ubi tentanda est resolutio, alias rumpunt & vel evacuationem humoris aquei efficiunt, vel suffusionem causant. Aliquando & talis inflammatio in scirrhulos abit, qui haud raro originem excrescentiæ cujusdam in oculo præbent. Cura ophtalmiæ expicit obstructionis remotionem, quod sit, si sanguis spissior & acris resolvitur & temperatur, serum deficiens restituitur, serum acre temperatur, crispatura autem fibrarum tollitur. Huic scopo inserviunt temperantia, blande resolventia & evacuantia. Hæcce vero remedia quam maxime pro diversitate ætatis & subjectorum, quæ a tali malo correpta, differunt. Infans enim infra duos annos vix alia tolerat medicamenta, quam pulverem ex Rhabarbaro & pulv. bez. wed. maj. aa. ad scrupulum semis tribus per diem vicibus propinandum & semper quarto die laxans ex syrupo Rhabarba-

ri interponendum, qua tamen methodo in infantibus
exoptatissimos experimur successus. Infantes secun-
dum annum transgressi tractandi pulvere ex Rhabarb.
& Cremore tartari aa. qui ad scrupulum unum hor. III.
pom. & IX. vespert. propinari potest, hora VII. matur.
g. x. Tinct. antim. cum anima Rhabarb. aa. exhibeantur.
Die quarto purgentur pulvere ex Rhabarbaro & Resina
Gialappæ. Juvenes autem & adulti insigne & prom-
tissimum solatium inveniunt in Elixirio acido DIPPELI,
quod humores acres temperat & spissos resolvit, utun-
tur hor. VII. mat. xxx. vel LX. guttis. Hora III. pomer.
sumunt scrupulum unum pulveris ex Rhab. & Crem.
tart. aa. Hor. IX. vespert. sumunt gutt. xxx. Mxr. ex
Tinct. antim. p. II. & liqu. CC. succin. p. I. Die quar-
to Salis mirab. GLAVB. ȝj. sumenda. Evacuationi quo-
que inserviunt in plethora Venæfæctio & scarificatio
itemque vesicatoria, quæ talibus in affectibus insigniter
juvant. Vbi de scarificatione sermo est, non intelligi-
tur ista horrenda quæ in tunica albuginea fit per excu-
tiam scarificatio, sed ordinaria quæ in brachiis dorso &
pedibus a chirurgis peragitur. Ea enim quæ per ex-
cutiam fit, affluxum sanguinis insigniter versus oculum
excitat, oculumque nimis irritat, quod omne in inflam-
matione nobilissimæ & adeo sensilis partis sollicite vi-
tandum. In ophtalmia periodica insigniter inservit
Elixir. acid. DIPPEL. tam ad curationem quam præser-
vationem, in curatione facto per octo dies usu Elix. aci-
di DIPPELI & reliquorum laudatorum remediorum,
per sequentes octo dies mane sumitur uncia semis
Salis mirabilis GLAVBERI. Ad præservandum hoc ma-
lum

lum sufficit, si Elixir. acid. duabus per septimanam vici-
bus sumatur reliquis autem diebus utatur Mixt. ex ar-
cano tartari, anima Rhabarb. & Tinct. mart. cid. aa. 5ij.
spir. Sal ammon. anis. g. XL. Singulisque mensibus
uncia una Sal. mir. purgetur. In diæta omnia ista,
quæ §. 22. inter causas ophthalmiæ fuerunt relata solli-
cite vitanda. Serum blandum deficiens optime resti-
tuit vini Rhenani boni moderatus usus, quo simul ner-
vi roborantur. Fibrillarum in oculis crispaturam
removere intendunt per externa, quæ tamen maximo
cum salis grano in usum vocanda. Prostant enim mul-
ta diversis oculorum affectibus maxime inservientia,
quæ vero absque discrimine adhibita gravissimam in-
ducunt noxam. Modo enim sunt resolventia & discu-
tientia, modo refrigerantia & insipiantia; si itaque re-
frigerantia adhibentur ubi requirebantur resolventia &
vice versa, gravior infertur noxa. Sic scio juvenem
ophthalmia a spissitudine sanguinis orta laborantem per
mucilaginem feminis cidoniorum cum aqua Euphrasiæ
dilutam tractatum, qui fere visum ex ita graviori ortam
perdidisset. Medicus ad omnia attentus & in dijudicando
effectu medicamentorum certus statim videbit an profit
vel noceat. Præsentissimum tanquam remedium ex-
ternum laudant tremorem lactis recentem impositum,
hac tamen cum cautela ut relicto quadrantis horæ spa-
tio iterum removeatur, oculus aqua rosarum purgetur
& novus tremor recens imponatur. Rarissime vero
pinguedines in usum vocandæ, earum quippe illinitio
noxiam quam maxime exhibet oculi irritationem, per-
spirationem simulque in oculis adeo necessariam pro-
hibet.

hibet. Optimum externum est ligatura spleniis oculi, ut aeris accessus denegetur. Si pustulæ ortæ ruptæ versus exteriora, cornea consolidanda sequenti collyrio R. Album ovor. n. j. Aqu. ros. unc. sem. Sachar. Saturni in Aqu. Euphr. soluti scr. j. conquaſſ. In variolis stasis & inflammatio in oculis avertitur halitu repetito Cubebatum & Caryophillorum. Illinitio cum lacte humano croco orientali & camphoræ superfuso.

S. XXIV.

Unguis pannus & pterichium quidem per sectionem aut minimum per excutiam auferri consuevit, dolores autem insignes quos excutia excitat, vix tolerandi. Hinc frequentioribus salinis purgantibus & M. S. depurantibus insistendum & externe aqua ophtalmica ex calce viva parata in usum vocari potest, quæ remedia quoque requiruntur, licet operatio fuerit instituta. In nyctalopia, myopia, presbytia nil juvat, quia ut plurimum malum inveteratum est, sed instrumentis opticis sufficientem visum promovere debent, hinc risum adstantes tenere non poterant, ubi quis myopia laborans excutiae cruciatum passus videns adibat cœcus abibat. Strabismum mediante operatione curare conantur, ubi prævia sectione musculi elongati & constricti, illum strinctiorem hunc relaxatum reddere volunt. Sed quis in hac tam sensili & nobili parte ob hanc levem faciei deturpationem hanc operationem admittet. Fistula lacrymalis quidem operationem exposcit chirurgicam lepositis autem & neglectis remediis internis laxantibus & M. S. depurantibus effectus desideratus obtineri nequit.

S. D. G.

PLVRIMVM REVERENDI, EXIMII CLARIS-
SIMI AC DOCTISSIMI DOMINI AVNGVLI

JOSEPH. WILHELME
CAPPIVS

IN SIGN. ECCLES. COLLEG. AD B. M. V. CANONICE CA-
PITVLARIS AC SUBSENIOR.

REMBERTE CHRISTIANE
CAPPIVS

IN SIGNIS ECCLES. COLLEG. AD S. SEVERVM CANONICE CA-
PITVLARIS ET SENIOR.

BENEFACTORES MEI TOTO AETATIS
TEMPORE VENERANDI,

Cum, qui non magni facit Benefactoris dexteram, haud illa parro frui mereatur, &
qui bene de se meritis abicit memoriam, hominum meritū oblitioem incurrit,
imò ē hominum censu pene veniat eliminandus, delicti hujus verè gravissimi quia
me reum non judicaret, ubi, que ex beneficentissimis manibus vestris in me fluxere
benificia, animo non reculerem gratissimo. Nōtū etenim Plurimum Reverendi Domini,
& quād optimè nobis, quād gratis, quibus me, quo tempore in perantiqua bujate
Universitate tanquam in florentissimo litterarum athenaeo. Arribus liberatibus Phi-
losophia & Medicine nāvabi operam, sōfis ac adiūfis, mediocri nil habeant,
sed in Vobis & à Vobis sint Omnia; Gratis itaque ijs debentur grates, quā be-
ro viā, quā ratione & modo condignè his vestris gratis à me fatis fieri possit nula
libi consipicio: illud occurrit unicum: Sed imp̄ ar longe, ut, non quod dico,
sed quod possum, prestare studeam, & dum non Valeo remunerando, animo sal-
tem gratissimo beneficia vestra ubertim in me collata illustrem predicando & hoc
est quod possum, & quid prestabo in eternum, magnitudinem vestrorum in me
meritorum nullā temporis censuē obliterandam non solam quoad vixero ubique
locorum palam depredabam, Sed & ē cineribus meis grates dabo & gratius ex-
clamabo:

Vobis perpetuas & in Urna debeo grates,
En grati cinceras, ossaque grata manent,
Vivite felices & Vivite Nestoris annos
Vivit in pternum: mens ita grata vovet.

Ita ptecatur ex amino gratissimus
cognatus

JOANNES FRANCISCVS CHRISTIANVS
FINCK.

* * * * *

Finck vinces, depone metum, depone timorem,
Audaces fortuna juvat timidosque repellit.
Fallor ego: metus omnis abest, timor exulat omnis:
Quotquot agant contra, Finck sufficit omnibus unus.
Finck venit, vidit, Finck tela hostilia Vicit.
Finck, quia vicisti, tibi docta trophyæ parantur.
Doctor eris, quæ plena dabit sat buccina laudis?
Doctor eris, quam grande decus! quæ gloria genti
Genti Westphalicæ! Si palleat invidus Orbis
Westphala terra tibi Francus modo plaudit Eous
Plaudit & Atlethæ cui jam fortuna peracta
Est sua; Finck tibi fausta polus det sœcula, vive.

Ita Nobilissimo ac Doctissimo Dno Neo-Doc-
tori gratulabundus accinere voluit

F. F. W. O. F. E. S. P. A.


Westphala te genuit, posthinc dimisit ad urbem
Geranam nostram, quam medicina fuit
Fincke tuum studium, quo dantur laude peracto
In cathedra nostra præmia digna tibi.
His Francisce redi, famæ & virtutis avare
Vive, vale mirè, cresce, vigesce, vire!

Hisce paucis gratulabundus adflat
Serbus dehincfissimus

J. G. H. S. O. C. a. S. S.



HINC
ESTAMUS



01 A 6551



f
Sb

WDA



19

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

18

DE
PRÆROGATIVA
REMEDIORVM
PHARMACEVTICORVM
IN AFFECTIBVS OCVLORVM,

QVAM
GRATIOSO MEDICORVM ORDINE
IN PERANTIQA HIERANA
SVB PRÆSIDIO

DN. D. HIERONYMI LVDOLF,

CHTMIAE ET MATHES. PROF. PVBL. FACULT. PHIL. ET MED. ASSESS. ORD.
ET CIVIT. ERFORD. PHTSICI,

PATRONI, FAVORIS ET PRÆCEPTORIS SVI
MAXIME DEVENERANDI

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI PRIVILEGIIS
ATQVE IMMVNITATIBVS

MORE RITQVE MAJORVM SOLENNITER ADIPISCENDIS,
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT
AVCTOR ET RESPONDENS

JOAN. FRANCISCVS CHRISTIANVS
FINCK,

ATTENDORIENSIS EX DVCATV VWESTPHALIE.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS
HOR. CONSVET.
DIE XXII. SEPTEMBRIS, MDCCCL.

ERFORDIAE, typis Joh. Christoph. Heringii, Acad. Typogr.